



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Decisio LXIX. De Interruptione Præscriptionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

respondendum est ad rationem ultimi loco adjectam, nempe eam procedere, ubi exceptiones non sunt notorie vel de præfenti probabiles, non vero, ubi in continenti probari possunt;

tunc enim perpetuo per definitivam à limine Judicii, & ab omni deinceps instantia, repellendus est Actor, ut Reus sit semper securus.

# TITULUS XXVI.

## De Præscriptionibus.

### DECISIO LXIX.

#### De Interruptione Præscriptionis.

#### SPECIES FACTI.

Oppidum cuidam Monasterio vicinum ultra 40. jam annos ex sylva, quam accolæ vocant *nemus queritoni*, 15. jugera complectente in circum ligna cadere, pecoræque sua pascere consueverat, velut in fundo ad se pertinente. At Monasterium, ex antiquis documentis edoctum, sylvam hanc suam esse prætendit, & intra postremos 20. annos sæpius inhibuit, extrajudicialiter tamen, Oppido lignationem & pasculationem in sylva, utpote territorio ad se pertinente, imò, cum Oppidum insuper habita inhibitione, protestatione, ac dehortatione Monasterii pergeret in usu dicti nemoris, ad pignorationem processit Monasterium, curando nunc alias auferri ligna cadentibus, nunc unam vel alteram vaccam abduci.  
(R. P. Fichler Decisiones.)

Cùmque his etiam non obstantibus non desisteret Oppidum à lignationibus & pasculatione in hac sylva, Judicialiter citari Oppidum fecit Monasterium; at, cum eodem ferè tempore Abbas Monasterii moreretur, à Successore lis ulterius tunc promotæ non est, sed primùm post 7. annorum curriculum repetita citatio, & litis contestatio facta. Respondit itaque Oppidum, se, si aliunde dominium sylvæ, vel jus lignandi ac pasculandi in eadem sibi non competeret, saltem per viam Præscriptionis utrumque à se acquisitum esse. Reposuit Monasterium, Præscriptionem ideo compleri non potuisse, quia quietam & continuam 40. annorum possessionem non habuit Oppidum, utpote ultimis 27. annis per tot inhibitiones,  
B b b pi

pignorationes, quin & per citationem Judicalem sæpius interruptam.

Proin

Quæritur I. an per inhibitionem

extrajudicalem (denuntiationem, protestationem) interrumpatur Proscriptio? II. an per pignorationem? III. an per citationem Judicalem?

### QUÆSTIO I.

An Præscriptionis Cursus interrumpatur per inhibitionem (protestationem, denuntiationem) extrajudicalem?

Videtur, quòd sic I. Per supervenientem prohibitionem vel denuntiationem, extrajudicalem etiam, quòd res non sit possessoris, iste constituitur in mala fide; quia, postquam quis interpellatur, vel ei denuntiat, rem ad se non pertinere, vel prohibetur usus rei tanquam ad se non pertinentis, cœpit scire, quòd possideat rem ad se non pertinentem. *l. item veniunt 20. §. 11. l. sed etsi lege 25. §. si ante. ff. de heredit. petit.* Sed per malam fidem supervenientem interrumpitur Præscriptio naturaliter, ut fatentur omnes. per *c. fin. de Præscript.* ergo. II. Ubi agitur de acquisitione servitutis in fundo alieno (omnis enim fundus ex natura sua præsumitur esse liber à servitute. per *l. aliis C. de Servit.*) præsumitur mala fides in exercente servitute, tanquam habente conscientiam rei alienæ. *c. illud. c. vigilanti. c. fin. de Præscript.* sed hic agitur de servitute lignationis & pascuorum in alieno fundo, qui per prohibitionem & denuntiationem Monasterii noscebatur esse alienus: ergo. III. Ad præscribendam servitute[m] requiritur patientia Domini. per *l. 10. ff. si servitus vind. l. 5. §. 3.*

*ff. de litem. abique priv. l. 1. C. de vit. & aqua.* Sed per denuntiationem vel prohibitionem, etiam extrajudicalem insinuatur dispatientia Domini: ergo. Atque hanc sententiam tenuit Connanus *l. 3. comment. c. n. 8.* & Cujac. *in l. 2. ff. pro Emptore.* Nihilominus tamen cum Connanus dicendum, & in praxi observandum est oppositum, nempe per simplicem actum extrajudicalem, per verbalem inhibitionem, denuntiationem, protestationem &c. non interrumpi regulariter ullam Præscriptionem, prius jam inchoatam, si interpellatus aut prohibitus acquiescit seu cesset propterea ab usu, & possessione. text. clarus & DD. *in l. nam. 13. ff. pro Emptore. Gonzal. ad c. 8. n. 8. Math. Coler. de Præscript. Execut. p. 1. c. 3. n. 103. sepp. riconsulti Ingolstadt. & Lovanensis in quodam Consilio n. 33. quod stat in 10. 3. Responsorum diversarum Academicarum loco nono. cum Bas. Alex. Franc. Balb. Petrus Heig. p. 9. 16. n. 63. 64. Surdus Decis. 5. n. 7. Klock Conf. 5. n. 323. Leucius Resp. 87. n. 34. 35. Peregrin. Conf. l. 1. n. 21. Boër. decis. 333. Felin. c. 10.*

l. vigilanti n. 30. de Præscript. Wurm-  
fer. præf. observ. l. 1. tit. 44. observ. 9.  
Berlich. p. 2. concl. 9. n. 23. Carpov.  
Jurisprud. For. p. 2. const. 3. def. 1. n.  
5. seqq. & alii passim. Probatur ex  
cit. l. alienam § l. sicut C. de præscr.  
90. vel 40. annor. & ex communissi-  
mo DD. consensu. Accedit ratio ;  
quia ad hoc, ut non interrumpatur  
Præscriptio, satis esse videtur, quòd  
præscribens non sit in peccato morta-  
li per. c. fin. h. t. in quo non consti-  
tuitur, nisi acquirat conscientiam rei  
alienæ, aut scire incipiat, se agere con-  
tra jus alterius continuando possessio-  
nem: atqui per simplicem inhibiti-  
onem, interpellationem &c. nondum  
acquirat conscientiam rei alienæ, ne-  
que scit, se agere contra jus alterius,  
sed ad summum indè oriri ipsi du-  
bium potest: sed dubitans non scit,  
se alienum detinere, vel se agere  
contra jus alterius; rectissime enim  
quis dicitur esse bonæ fidei possessor,  
quandiu ignorat se possidere alienum.  
ca. si virgo. 34. q. 2. ac in dubio non  
debet quis suum relinquere inde-  
fensum. l. illud. ff. de hered. pet. De Jure  
Bavario id clarè est decisum, dum  
in. q. art. 1. ad interruptionem Præ-  
scriptionis requirit conventionem Ju-  
dicialem, eine Richterliche Ansprach.  
Dicit tamen I. regulariter, nisi nimirum  
possessor ita fuisset interpellatus, ut ex  
documentis, vel aliis rationum mo-  
mentis, ipsi unà cum denuntiatione,  
protestatione, aut inhibitione exhibi-  
tis, clarè potuerit intelligere, se domi-  
nium rei non esse, aut nullum re u-

tendi jus sibi competere; tunc enim  
fieret malæ fidei possessor, ac per con-  
sequens interruptio Præscriptionis in-  
duceretur naturalis. Felin. in c. 2. n.  
5. c. illud n. 7. de Præscript. Franc. Balb.  
de Præscript. p. 3. sextæ pr. n. 21. Petrus  
Heig n. 64. lo. cit. Proinde consultum  
est non nudam tantum facere interpel-  
lationem, sed insuper addere causas mo-  
ventes ac fundamenta, ex quibus alte-  
rius iniqua possessio vel defectus domi-  
nii clarè appareat. Pari modo interrumpi  
dicunt Præscriptionem per interpella-  
tionem extrajudicialem casu, quo præ-  
scribens Judicialiter conveniri nequit,  
ut si est absens, furiosus aut insanus,  
nullum habens Curatorem, vel nimium  
est potens. per l. ut perfectius 2. C. de An-  
nal. Except. Berlich. n. 28. Dixi II. per  
simplicem actum extrajudicialem; si  
enim Judex adiri nequeat, sufficit ad  
inducendam interruptionem adire Epi-  
scopum, eique in scriptis rem manife-  
stare, vel rem publicè manifestare in  
loco, ubi præscribere volens habet  
domicilium, modò id subscribatur à  
Tabellione, aut Scriba publico, vel  
in hujus defectu per testes. l. ut per-  
fectius cit. C. de Ann. Except. Molina  
tr. 2. d. 78. n. 16. Dixi III. verbalem;  
si enim interpellatus omnino realiter  
à possessione dejiciatur, vel ipsi res  
eripiatur, utique sicut possessio ejus  
ita & in ea fundata Præscriptio inter-  
rumperetur naturaliter. l. naturaliter  
5. ff. de usucap. Dixi IV. prius jam  
inchoatam; sufficit enim ad cursum  
Præscriptionis, modò initium posses-  
sionis fuerit inculpatum, & cum bona  
B b b 2 fide

fide, videlicet sine scientia rei alienæ vel juris alieni (qua stante cum injuria alterius inciperetur possessio) possessio coepta fuerit, cum intervenitu patientiæ Domini, quam bonam fidem ex postfacto superveniens scientia rei alienæ, vel potius dubietas, orta ex protestatione contradictoris extrajudiciali, non tollit, & sic Præscriptionem non interruptit. Carpov. n. 7. § 8. cum Colero n. 104. seqq. ex l. sequitur de usucap. & l. clam possidere. 6. pr. ff. de acquir. possess. ibi: origo nanciscende possessionis respicienda est. Neque præsumitur turbatio, interpellatio, aut dispatientia adversarii ad initium possessionis, cum ea sit facti, consequenter probari debeat, per c. quoniam de prob. l. asseveratio, C. de non num. pecun. Coler. n. 104. cit. Unde si probaretur statim initio possessionis, vel ante illam coeptam facta interpellatio, vel contradictio extrajudicialis, Præscriptio locum non haberet, non tam interrupta quoad cursum, quam impedita ab inchoatione, & ne currere inciperet. arg. l. 17. & ibidem Sichardus C. de R. V. Dixi V. Nisi interpellatus aut prohibitus acquiescat, & non amplius continuet ulum vel possessionem acquisitam, inhibitione non obstante: si enim desistat, & intra breve tempus non revertatur ad actus possessorios, censetur amisisse possessionem. per text. in l. 3. §. 9. ff. de vi § vi arm. Berlich. n. 14. Coler. n. 148.

Expedita nunc est Responsio ad contraria. Ad I. enim respondetur negando, quod possidens per inter-

pellationem, inhibitionem, protestationem extrajudicalem constitutam mala fide, & acquirat scientiam rei vel juris alieni, licet fortassis dubium aliquod inde oriatur: est enim communis doctrina, quod dubium Præscriptioni vel possessioni bona fide coeptæ superveniens non inducat malam fidem: neque interpellatus tenetur credere nudis allegationibus adversarii, qui pretendit dominium rei, vel libertatem rei suæ à servitute; & talis asseveratio non facit tantam scientiam rei alienæ, vel libertatis à servitute. Felin. in c. vobis n. 1. § c. illud n. 1. de Præscript. Ad foret, si interpellans extrajudicialiter simul ita informaret conscientiam possessoris in facto per ostensionem suorum, ad rem controversæ pertinentium, ut is dubitare non posset, se possidere rem alienam, agere contra jus alienum; tunc etiam induceretur interruptio Præscriptionis. Allegatæ leges intelliguntur de possessore hæreditatis, sine omni titulo detinente, consequenter sine bona fide, & quæbat, hæreditatem ad se non pertinere, ut patet ex §. quicumque cit. l. veniunt. §. 5. quod autem cit. l. quodsi ab initio d. l. sed etfi. vel intelligenda sunt de fructibus, & præteritum hæreditatis, interim restituendis, non autem impediendum Præscriptionis contra Ingolstadtenses & Lovanienses. Consulti conf. cit. n. 28. 29. 34.

Ad II. Imprimis in presenti casu non tam agitur de servitute, quam de dominio sylvæ, quod præterdit Monasterium, adeoque negatur Minor, dein etsi ageretur de servitute lignationis & pasculationis, per nullam tamen prohibitionem vel contradictionem extrajudicialem, nisi simul clare doceretur, servitute iniquè exerceri, non inducitur, nec indè præsumitur mala fides, quia prohibitus vel interpellatus non tenetur credere suo Adversario, nec per dubium quaecumque ex tali contradic-

ne forsan ortum inducitur scientia, servitute non competere in fundo alieno. Unde negatur etiam Major.

Ad III. *Dist. Ma.* Requiritur patientia Domini, quando inchoatur Præscriptio & exercitium servitutis in alieno fundo. *C. Maj.* in decursu, & quando Præscriptio jam fuit cœpta se non opponente Domino. *N. Ma.* In presenti lignatio & pascuatio in hac sylva per 20. annos scitur fuisse exercita patiente Monasterio, & nihil contra movente.

## QUÆSTIO II.

### An Præscriptio interrumpatur per Pignorationem?

Pignoratio, Germanicè Pfändung; nihil est aliud quam captio pignoris propria auctoritate facta, quando nimirum res alterius, fundum meum ingredientis, capiuntur & detinentur (vel etiam ipse ingrediens) donec mihi satisfaciatur pro injuria vel damno illato. v. g. Titius agit sua pecora pascuatum in meum pratium, venatur in mea sylva, piscatur in meo flumine &c. si ego id pati detrectem, & unum vel alterum pecus, instrumentum venationis aut piscationis &c. eadem auferam irrequisito Judice, dico ipsum pignorare, pfänden. De jure communi dantur quidem contra talem, qui sic ingreditur fundum meum, & sic prohibet me, ne ego solus & fundo meo uti pro arbitrio possim, variæ actiones, uti *prescriptis*

verbis in factum. *l. qui servandarum §. fin. ff. prescriptis verbis.* Item actio *L. Aquilia*, scilicet ex tertio capite. *§. capite tertio Inst. de l. Aquil.* rursus actio negatoria contra hujusmodi turbatorem. *§. aquæ 2. Inst. de Action. l. 2. ff. si servit. vind.* Pignorationes tamen de jure scripto non sunt permissæ, sed potius prohibita. *l. Quintus Mutius 39. §. 1. ff. ad L. Aquil. Speculator l. 1. p. 2. tit. de Actore n. 59.* ex Statutis tamen particularibus locorum, ac ferè universali consuetudine, præsertim Germaniæ permittuntur. Illustriss. Bavaricæ Cancellar. *ad statut. Bav. tit. 27. a. 8. n. 1.* & quasi tota die exercentur, eum maximè in finem, ut contra factum & inquietationem conservetur jus pignorantis, & impediatur Præscriptio servitutis v.   
 B b b 3 g. quam

g. quam quærit Adversarius, aut præ-  
tendit. Math. Coler. *de Process. exe.*  
*cut. p. 1. c. 3. n. 90.* Nunc videndum,  
an semper & universaliter per pigno-  
rationem amittatur possessio, ac per  
consequens interrumpatur Præscriptio  
coepa?

Non levia ad asserendam inter-  
ruptionem militant argumenta, I. qui-  
dem ex Jure Saxonico, quod *l. 3. art.*  
*20. §.* Et mag auch wohl pfänden/  
ubi pignorationi tribuitur expressè  
effectus, ut interrumpat Præscriptio-  
nem: id quod fortè & alibi receptum  
est in Praxi. II. In rebus & juribus  
incorporalibus patientia Adversarii in-  
ducit quasi - possessionem, & habetur  
loco traditionis, ut tribuat initium  
præscribendi. *l. quoties 15. in fine,* ibi:  
*ut aliquid patiatur.* & *l. quoties fin.*  
ibi: *usum ejus juris pro traditione pos-*  
*sessionis accipiendum esse. ff. de servitut.*  
*l. 1. ff. de ag. pluv. arc.* ergo etiam  
dispatientia, quando fundi Dominus  
pati desinit, vel per actum aliquem  
prohibet Adversarium uti suo jure  
prætenso, interrumpit quasi - pos-  
sessionem servitutis, consequenter &  
Præscriptionem. Balbus *de Præscr. 3.*  
*p. 6. §. ult. p. pr. q. 4. n. 40.* ut adeò  
omnes actus possessorii, vel usurpati  
hactenus in prædium vel bona vicini  
habeantur pro non exercitis, & de  
novo oporteat inchoare Præscriptio-  
nem, scilicet à tempore, quo impe-  
dimentum vel contradictio Domini  
cessat. Balb. *n. 42.* Panormit. *in c. illud*  
*de Præscr. n. 18. in f.* siquidem ex pi-  
gnoratione, v. g. abactione & inclu-

sione pecorum satis arguitur diffidit  
& contradictio Domini, servitutem  
in suo fundo pati reculantis. Imò  
*in c. auditis eod. n. 5. arg. l. de pign.*  
*5. §. siquis fortè ff. de Op. Nov. Nov.*  
cùm dissensus voluntatis nostræ  
minùs declaretur factò, quàm verba  
*l. de quibus 32. §. 1. ff. de LL. imob.*  
tior sit actus facti, quàm verborum,  
per *l. sic tamen §. siquis ff. de*  
*edilit. Ed. ibi: multò amplius est ad*  
*cere, quàm pronuntiare, l. nostram*  
*Testam. c. dilecti. 52. de Appellat.*  
Per solam citationem verbalem inter-  
rumpitur Præscriptio odiosa, *l. 1.*  
*30. annorum,* qualis est præscriptio,  
*cum notissimi pr. l. sicut C. de præscr.*  
*30. vel 40. annor.* ergo multò magis  
per pignorationem seu captivam  
alem seu rerum, seu personæ, tutoris;  
cùm efficacior sit citatio realis  
quàm verbalis. Jason in *l. 2. com. ff. de*  
*jurisd. omn. Jud. & citatio realis*  
non minùs excuset à negligentia,  
qua currit Præscriptio tricennaria  
*placuit §. præscriptionum caus. l. 1.*  
*3. quàm verbalis. IV. Præscriptio*  
rumpitur per violentam expulsi-  
onem possessoris. *l. naturaliter ff. de usuf.*  
ibi: *cum quis de possessione vi expul-*  
Balb. *q. 4. cit. n. 4.* atqui per pigno-  
rationem v. g. ovium, tibia pascendi  
asciæ ligna cadentis &c. expellit  
quis Adversarium ex suo fundo  
lenter cum ovibus, tibia, asciæ &c.  
Etsi autem Adversarius sprete pigno-  
ratione non cesset continuare servitu-  
tem pascendi, lignandi &c. & Do-  
minus fundi per dissimulationem, &  
quod

quod deinceps taceat, pignus captum Judici non tradat, vel aliter jus suum Judicialiter non prosequatur, ac propterea in culpa & negligentia, per quam currit Præscriptio tricennaria vel quadragenaria, constitui videatur; tamen, quia citatio ad Judicem verbalis sufficit ad interrompendam dictam Præscriptionem longissimi temporis, pignoratio verò est quasi citatio realis, pignoratio inducet interruptionem. V. Præscriptio tricennalis interruptitur adversus eum, qui non petit debitum, per hoc, quod creditor res sibi oppignoratas vel hypothecatas detinet; quia hic modus interruptionis multo tutior est, quam quæ fit per Judicalem conventionem, cum hujusmodi detentio imitetur litis contestationem, l. cum notissimi cit. §. imò & illud. ergo etiam interruptitur Præscriptio adversus eum, qui servitutum præterdit in meo fundo, per pignorationem pecoris, quod in hac pignoris refineo, etsi illud Judicem non tradatur, nec Judicium instigatur.

Quamvis autem hæc motiva fortiter urgeant, Juri tamen & communi DD. sensui conformius esse Juris, Præscriptionem nullam interrupti per pignorationem, si captum pignus non tradatur Judici, saltem regulariter, ex sequentibus fundamentis.

I. Nuda pignoratio, ubi pignus captum non traditur Judici, nec jus suum ulterius prosequitur pignorans apud Judicem, nihil est aliud, quam

extrajudicialis declaratio diffensûs super jure pasculationis, lignationis, retentionis rei ab alio usurpata vel præterita: sed extrajudicialis hujusmodi declaratio, Præscriptionem jam inchoatam subsequens, istam non interruptit aut vitiat, uti vidimus in resolutione quæstionis l. ergo; siquidem pignoratus quoque, non minus ac denunciatus extrajudicialiter, non acquirit scientiam rei alienæ, vel juris à se amissi, sed manet adhuc in probabili errore ac ignorantia de suo non jure, præsertim si tanquam successor insistat possessioni ab antecessoribus suis cœptæ, & sic in eorum jura succedat. Id quod adhuc magis procedit, si pignoratus pergat in usu servitutis, vel detentione rei alienæ, jus suum ulterius non persequente adversario, qui pignoravit, vel Judicem non adeunte, vel jura sua, quibus convincatur pignoratus, se agere contra jus alterius, non manifestè docente, sed tacente & acquiescente. per gloss. & text. in l. 1. C. de fidei commiss. c. cum Ecclesia. & c. fin. de caus. possess. & propr. item c. 1. §. si verò. Quid sit investitura. in usib. Feud.

Dein Pignoratio, sicut Arrestatio, est prohibita de Jure Communi. l. Quintus Mutius §. l. seq. ff. ad l. Aquil. ergo, quamvis de Consuetudine & Jure Statutario sit permessa, nullam tamen vim habet & effectum, consequenter nec interruptit Præscriptionem, nisi in casibus, pro quibus permittitur à Consuetudine & Jure Statutario: atqui non permittitur, nisi pi.



pignus captum tradatur Judici, ejusque auctoritas ex post impleretur: quod probatur partim à pari cum pignoratione & captura debitoris fugam attentantis facta à creditore; quam capturam & detentionem quamvis Jura permittant fieri propria auctoritate. *l. ait Prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. que in fraud. creditor. l. omnes omnino. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. 11.* tamen impunè non fit, nisi creditor detentum immediatè perducat ad Judicem, ejusque incarcerationem petat. per *l. 1. §. 2. C. ubi quis de Curiali. Bart. in l. interdum. §. qui furem. num. 1. ff. de furt.* imò decinens incurrit crimen privati carceris. *l. un. C. de privatis carcer. inbibendis. l. fin. pr. C. de Malefic.* partim à pari cum repræfaliis; nam eas usurpans tenetur res apprehensas repræsentare Superiori, ut ex illis fiat satis creditoribus auctoritate Judicis, ne plus justo exigant. per *l. qui filios. C. que res pignori. l. justè 11. ff. de acquir. possess.* ne injuriarum inde nascatur occasio, unde Jura oriri deberent. *l. meminerint. C. unde vi. l. creditores. 3. C. de pignor.* partim à pari cum locatore, cui quamvis liceat res conductorum illatas includere propria auctoritate, ut ajunt DD. ex *l. 2. C. in quib. caus. pign. tacitè contrahitur. §. f. item Serviana Inst. de act.* debet tamen hoc facere, pro majori securitate, cum ministerio Judicis, petendo ipsius Officiales. *Alex. Conf. 134. n. 3. vol. 4.* vel debet reponere in manibus Justitiæ hujusmodi pignora. *Coler. n. 117.*

Ergo, licet ex statuto vel consuetudine pignoratō, & apprehensio personæ, vel rerum, v.g. pascuatio exercētis in nostro fundo sit permissa, tamen apprehendens non debet personam vel res in sua custodia potestate retinere, sed Judici respectare, quamprimum potest. *l. in auth. sed omnino C. ne litor. pign. n. 3.* quia exercere carcerem personam est publici Juris, neque conceditur privatis. *l. fin. pr. C. de Malef. & pignorationum causa requiritur inter gradus & species inferioris jurisdictionis, & sic denuntianda vel referenda ad Judicem loci. C. n. 118. seqq.* ut nimirum formidetur possessor vel Dominus intra inavores & turbatores, & ne met in sua causa sibi jus obstat deatur contra *l. un. C. nequis causa. §. l. un. Cod. de privatis.* Et istud observatur in praxi, & est statutum in Jure Bavarico *l. a. 8.* ubi disponitur, ut quis pignus diutius sub custodia non retineat, per noctem, & mox altero die Judicem deferat. Cum igitur pignoratō non permittatur, nisi pignus datur Judici, in cujus territorio pignus cepit, ideo, qui illud penes se tenet, illicitam facit pignoratōnem, cui Jura Statutaria & Consuetudinaria assistunt, consequenter nec est interruptenda Præscriptio.

Addidi in resolutione quædam saltem regulariter; nam dantur in quibus interruptio Præscriptio

hæretur, licet pignus retineatur, aut  
Judici non tradatur, uti l. Si pigno-  
rans ipse munitus est jurisdictione,  
saltem inferiori, ordinaria, & hære-  
ditaria, non verò ex delegatione &  
commiffione quadam. Berlich. n. 10.  
Si is, quem pignorare intendis, fu-  
git, & sic nec in persona nec in re-  
bus capi potuit; quia qui metu de-  
poffatione decedit, & fugit, cenfe-  
tur vi expulfus poffeffione fua. l. 5. ff.  
de iur. cap. III. Si pignoratus non re-  
venit ad ufum pascendi, lignandi,  
dumendi rem &c. videlicet in conti-  
nenti, vel intra modicum tempus:  
quam verò hoc effe debeat, relin-  
quitur arbitrio Judicis. IV. Si ftatim  
initio Præfcriptionis, feu dum alius  
incipit in meo fundo exercere servi-  
tutem, vel rem meam occupat, me  
oppoſito, vel pignora ab ipfo capio,  
na ut nullum in eo poffeffionis actum  
patiat. Berlich. n. 9. *Œ ſeqq.* cum aliis.  
Extra hos cafus autem ad effectum in-  
terruptæ Præfcriptionis pignus re-  
præfentari & tradi debet Judici. Sed  
cui n. illi, qui in loco, ubi fit pi-  
gnoratio, jurisdictionem, faltem infe-  
riorem & baffam exercet. Jus Ba-  
varicum & Cancellarius Schmid ibi-  
dem. tit. 27. art. 8. n. 2. non obftan-  
te, quod pignoratus alteri Judici fit  
fubjectus, & actione personali ex l.  
aquilia (feclufa pignoratione) coram  
alio effet conveniendus, laudatus Can-  
cellar. n. 9. fi verò quis alteri Judici  
tradat pignus, multari poteft. Ber-  
lich. n. 18. ſeqq.

Nunc ad argumenta in contrarium  
(R. P. Pichler Decifiones.)

allata, & quidem ad l. 2. Jus Saxo-  
nicum fe ipſum explicat fatis l. 2. art.  
28. verbis: Wann er mit der Pfan-  
dung recht umgehet / dummodo legi-  
time procedat cum pignore, h. e. tra-  
dendo rem pignoratam Judici: & ad-  
huc clariùs in Novellis p. 2. conf. 7.  
Œ. fin. ubi, poſtquam pignorationi at-  
tributus eſt effectus interrumpendi  
Præfcriptionem additur: *Es ſoll aber  
mit der Pfandung gebühlich / und /  
wie landbräuchlich / gebaret / und  
die Pfande in das Gericht / da-  
rinnen der Grund gelegen / über-  
antwortet werden.* Ad II. *diſt. con-  
ſeq.* Diſpatientia Domini, per pignora-  
tionem fatis indicata, interrumpit vel  
potius impedit Præfcriptionem, fi pi-  
gnoratio fiat in inchoatione & initio  
Præfcriptionis. C. Conf. fi fiat ex lon-  
giori intervallo, poſtquam jam per  
aliquod tempus, puta unum vel alte-  
rum annum, poffeffio Adverſarii fuit  
continuata te patiente, & nihil con-  
trà movente. N. Conf. Ad III. N.  
conf. & paritatem, quia Jura citata  
actioni & Judiciali conventioni tri-  
buunt effectum interrumpendi Præſcri-  
ptionem tricennariam, nullibi verò  
pignorationi extrajudiciali, & ſine in-  
terventu Judicis factæ, ſed hæc po-  
tius prohibetur à Jure, à ſtatuto au-  
tem & conſuetudine regulariter etiam,  
quando pignus retinetur à pignorante,  
& ſic, cum non entis nullæ ſint qua-  
litates, per l. ejus. qui. Œ. ſicut enim ff.  
ſi cert. pet. nulla vis, quæ operetur  
interruptionem Præſcriptionis, eidem  
conceditur.

C c c

Ad IV.

Ad IV. C. Ma. N. Min. & paritatem inter vim expulivam, qua quis in totum ejicitur ex possessione, possessione naturali in ejicientem translata, ac inter vim turbativam, qua quis in possessione rei, vel quasi - possessione servitutis, aut alterius juris aliquamdiu quiete usurpata, inquietatur; huic enim licitum est suam possessionem qualitercunque defendere, dummodo faciat in continenti, v. g. redeundo ad usum juris jam captum, vel ad possessionem, quam tali casu non censetur amittere, etque Prator assistere debet contra turbantem, ad quem merito confugit turbatus, si contra nimis potentem turbatorem propria auctoritate nequeat defendere & retinere possessionem suam. l. 2. ff. de servit. l. 3. §. hoc interdictum 2. ff. uti possidetis. Aliud est, si pignoratus (vel aliter turbatus, aut prohibitus) non revertatur in continenti ad usum sui juris pratensis, aut possessionem non continuet, sed pignorationi (aut prohibitioni) acquiescat, quia forte timet majorem vim &c. tunc enim amittit possessionem, consequenter & Prescriptionem contingit labefactari ac interrumpi naturaliter. l. 3. §. in amittenda. §. f. seq. l. si id 25. §. quod autem solo animo. ff. de acquir. possess. sicut amittit possessionem, qui vi expulsi deiecitur ab ea: quamvis & taliter dejectus, si in continenti (quod ipsi licet) rursus deiciat suum spoliatorem, non amittat possessionem, sed potius in pristinam causam reverti, quam vi possidere, intelligatur. l.

1. §. cum 26. l. 3. §. eum hinc 9. l. possessionem. 17. ff. de vi & vi in Quod additum est de captura rei quasi hæc magis argueret diffidens pignorantis & turbati, quam cum verbalis, parum vel nihil facit; captura realis est intelligenda de vi reali ipsius personæ, qua reus fit Judici per capturam, non de apprehensione rerum, uti fit in pignoratione, ubi pignus non traditur. Balb. de præscript. 3. part. 6. §. de me part. pr. q. 2. n. 29. cum dicitur ubi autem pignoratur seu apprehenditur ipsa persona, que fugam motatur, id fit ob periculum in re in quo cessant regulæ Juris prohibe. l. de pupillo. §. si quis vitiosus. Op. Nov. Nunt. sed & hoc casus debet persona pignorata & capta iudici. Coler. n. 143.

Ad V. C. Ant. N. Conf. & paritatem; disparitas est, quod l. in tiffimi §. inò & illud. loquatur de ignore conventionali, quod est vel initio contractus, vel deinde sibi à debitore sponte traditur majori securitate crediti accepto ideo, quamdiu illud pignus retinetur a deo, licet per 30. vel plures annos sicut ipse dominium illius non præbit, ita nec debitor præscribit contra ipsum, ut liberetur ab obligatione vendi; cum retentio pignoris, si creditor contentus solutionem non petit, sit assidua quadam interruptio vel interruptio, impediens causam Prescriptionis, eò quod nulla sit culpa aut negligentia ex parte pignora-

ipientis, contra quem deberet cur-  
 rere Præscriptio odiosa 30. annorum.  
 Econtra per pignorationem non spon-  
 te traditur pignus, sed invito & con-  
 trahenti auferitur propria auctoritate  
 & extrajudicialiter: nusquam autem  
 in toto Jure Communi, imò nec  
 Sanuario vel Consuetudinario, habe-

tur vel probatur, quòd talis extorsio  
 pignorum, ac interpellatio realis &  
 extrajudicialis inducat Præscriptionis  
 interruptionem; cùm illa potius pro-  
 hibetur de Jure Communi, &, ubi  
 pignus non traditur Judici, nec ap-  
 probetur à Statutario vel Consuetudi-  
 nario.

### QUÆSTIO III.

#### An Præscriptio interrumpatur per citationem Ju- dicialem?

UT quæstio hæc solidius decida-  
 tur, prænotandum est triplex  
 Præscriptionum genus à DD. confide-  
 rari in hac parte solitum: scilicet I.  
 Præscriptiones temporis brevis, quæ  
 complentur trienniò, uti contingit in  
 rebus mobilibus. II. Præscriptiones  
 temporis longi, nempe 10. annorum  
 inter præsenes, & 20. annorum  
 inter absentes, uti contingit in re-  
 bus immobilibus contra privatos.  
 III. Præscriptiones temporis longis-  
 sima, nempe 30. vel 40. anno-  
 rum, uti contingit, quando currunt  
 in rebus & juribus immobilibus con-  
 tra Communitates non privilegia-  
 tas, item in actionibus persona-  
 libus contra privatos etiam, ubi 30.  
 & contra Ecclesias, ubi 40. anni re-  
 gulariter requiruntur ad complendas  
 Præscriptiones, contra Ecclesiam Ro-  
 manam verò, & Monasteria Mendi-  
 cantium Religiosorum ex speciali pri-  
 vilegio omnino 100. anni.

Jam notant DD. ulterius, Præscri-

ptiones brevis temporis, nempe trien-  
 nii in Jure esse merè favorabiles, seu  
 in favorem præscribentium introdu-  
 ctas; & istæ non interrumpuntur per  
 solam citationem, neque per litis con-  
 testationem sine sententia contra præ-  
 scribentem lata, sed per solam senten-  
 tiam in effectu secutam, eamque vali-  
 dam. l. 2. §. 21. ff. pro emptore. l. 18.  
 ff. de R. V. l. 9. §. 6. ff. ad exhiben-  
 dum. quia nec per litis contestationem  
 tollitur titulus & possessio præscriben-  
 tis. Econtra Præscriptiones longissimi  
 temporis nempe 30. 40. vel plurium  
 annorum, esse Odiosas, partim quia  
 sunt introductæ propter negligentiam  
 eorum, qui tanto tempore relinquunt  
 penes alterum rem suam, vel usum,  
 aut servitutem in re sua, vel non pe-  
 tunt in Judicio, quod sibi debetur:  
 partim quia secundùm Jus Civile nec  
 titulum nec bonam fidem exigunt hæc  
 Præscriptiones, ac per eas solummo-  
 do paratur exceptio. per l. sicut & l.  
 cum notissimi C. de præscr. 30. vel 40.

C c c 2

annor.

annor. & hæc interrumpuntur juxta communem per solam citationem, ut est text. in can. placuit 15. §. potest. caus. 16. q. 3. §. in d. l. cum notiffimi pr. §. imò: quia per citationem & conventionem Judicalem cessat negligentia. Pariter per solam citationem interrumpitur omnis Præscriptio Statutaria, seu quæ ex statuto alicujus loci particularis introducta est, uti communiter notant DD. Demum sunt Præscriptiones longi temporis, nempe 10. vel 20. annorum, & hæc sunt mixtæ, seu partim favore possidentis sive præscribentis introductæ, partim odiò & negligentia non petentis, si ve illius, contra quem currunt: & istæ interrumpuntur per litis contestationem coram Judice competente. cit. can. placuit. §. potest. §. seq. l. 26. C. de R. V. l. 2. l. 10. C. de Præscr. longi temp. Vid. Consilium Ingolstadtensium & Lovaniensium supra citatum n. 17. seqq. Wurmsfer. observ. practicar. l. 1. tit. 34. observ. 10. Berlich. p. 2. concl. 9. n. 23. seqq. & apud hunc Balb. Jason. Card. Tusch. &c. item Gonzal. ad c. s. h. t. n. 7. & apud hunc Cujac. Covar. Molin. de l. §. I. tr. 2. d. 78. Quia verò impræsentiarum agitur de Præscriptione contra Monasterium, contra quod non præscribitur (extra res mobiles) nisi 40. annis, adeoque de Præscriptione longissimi temporis, quæstio eò recidit, an ea hodie adhuc interrumpatur per solam citationem, non subsequente litis contestatione.

Haud dubiè, inquires, propter cla-

ros textus in l. sicut 3. in med. ibi: ut in judicio postulatione deposita fuerit, secuta per executorem conventio. &c. cum notiffimi 7. pr. ibi: etiam per solam conventionem. C. de Præscr. 30. vel 40. ann. Accedit ratio; quia Præscriptio 30. vel 40. aut plurium annorum, seu illiusmodi, utpote fundata super solam citationem & negligentia non petentis, seu illius contra quem currit; sed per solam citationem tollitur & cessat negligentia non petentis: ergo & Præscriptio fundata in negligentia. Franc. Balb. de Præscr. p. 3. p. 6. pr. q. 4. n. 7. usque n. 35. Card. Tusch. litt. P. consil. 9. n. 23. 24. & plurimi alii à Berlich allegati n. 25. ubi n. seq. dicit, sententiam esse veram, in Jure omnimò fundatam, atque communem, qua in judicando & decidendo non sit recedendum.

Verùm si non solum Jus Civile, sed etiam Jus Canonice, quod ad Præscriptionem longissimi temporis 30. vel 40. annorum, aliud requirit, quàm lapsum tempus, adeoque nec titulum nec bonam fidem, sed etiam Jus Canonicum, uti de Jure Catholicis, attendatur, ad eam Præscriptionem inevitabiliter respiciens bonam fidem, dicendum non mihi videtur, hanc Præscriptionem non interrumpi per solam citationem, sed opus esse litis contestatione, eaque valida, & facta cum animo litem prosequendi, modò sententia non feratur pro præscribente. Ita sentiunt præclarissimi Canonici Abbas Ant. de Butr. & Felin. in l. 1. l. 8. de Præscr. Fr. Balb. lo. cit. n.

Doctores Ingolstadiensis & Lovanienses in Consilio sapius allegato n. 23. 24. Paulus de Castro in l. fin. §. ff. ratam rem. hab. & alii, qui rem profundius inspexerunt, imò etiam Berlich. licet Lutheranus, cum Andr. Rauchbar. p. 2. q. 28. n. 3. Math. Colet. de Process. execut. p. 1. c. 3. n. 103. §. 1. & aliis multis ab eodem Berlich. n. 24. adductis. Probatur ex can. placuit §. potest. caus. 16. q. 3. v. si autem. in: si autem nullò titulo, NB. bona tantum fide, per tricennium rem alicujus possiderit, simili gaudebit præsidio, quod patet, qui fruitur Præscriptione longi temporis 10. vel 20. annorum. ac ratio datur, quia he Præscriptiones introducere sunt favore possidentis, & non petentis; quia lex favet his, qui bona fide & iustò titulo, vel bona fide tantum possident, odit autem & punit circa rem suam negligentes & desides.

Item sic argumentor cum citatis Doctoribus I. Præscriptio longissimi temporis 30. vel 40. vel plurium annorum, conjuncta cum bona fide, debet sit absque titulo, in can. cit. & Jure Saxónico apud Berlich. n. 39. æquiparatur Præscriptioni longi temporis 10. vel 20. annorum titulo introductæ, & huic quasi subrogatur: sed Præscriptio longi temporis non interruptitur per solam citationem, non secuta litis contestatione, uti etiam Adversarii plerique nobiscum sentiunt: ergo nec Præscriptio longissimi temporis conjuncta cum bona fide præscribens interruptitur per solam citationem absque litis contestatione;

cùm de æquiparatis in Jure sit eadem Juris dispositio; & subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur. l. 1. §. hæc actio 10. ff. si is, qui testamentò liber esse jussus fuer. Everhardus in Topicis in loco à vi surrogationis 122. n. 1. 2. Argumentor II. Juxta can. cit. Paulum de Castro, Abb. Felin. allegatos Præscriptio longissimi temporis, innixa bonæ fidei, non est merè odiosa, sed partim favorabilis, seu introducta partim in odium negligentis persequi rem suam, partim in favorem possidentis cum bona fide, sicut Præscriptio longi temporis: atqui juxta communem DD. regulam Præscriptio mixta, seu quæ partim in odium negligentis persequi rem suam, partim in favorem possidentis, est introducta, non interruptitur nisi litis contestatione: ergo.

Dixi tamen I. eaque valida, & legitime facta, scilicet coram Judice competente &c. gl. in Auth. offeratur. & ibi Bald. C. de lit. contest. Wumserus observo. 10. cit. quia quod invalide & illegitimè fit, pro non facto habetur, & quod nullum est, nullum producit effectum. per Jura vulgata. Dixi II. & facta cum animo litem prosequendi, & non præcisè cum animo Præscriptionem interruptendi, saltem si de hoc animo dolo ex circumstantiis & vehementi conjectura satis constet. gl. in can. placuit. cit. v. interrupta. quam ad altra usque extollit Ludov. Roman. in l. si verò §. de viro ff. soluto Matrim. P. Schmalzgrueber h. t. n. 137. cum P. Molina & P. Pirhing ex l. fin. C. de Prescr. 30. vel

40. annor. Wurmſ. lo. cit. ubi advertit, ſi actio proponeretur per viam exceptionis, per talem exceptionem interrumpi Præſcriptionem. Dixi III. modo ſententia non feratur pro præſcribente; ſi enim pro ipſo ferretur, interruptio Civilis per litis conteſtationem ita ſe haberet, ac ſi non eveniſſet, ita ut computari poſſit tempus etiam præcedens, ſicut computatur in caſu, quo Præſcriptio tantum dormit: ſi autem nulla ferretur ſententia poſt litem conteſtata, quia v. g. Actor, qui ſine dolo litem inchoavit, deſtitit à lite, interrupta cenſeretur Præſcriptio, ita ut actio perpetuaretur ad 40. annos, & his elapſis primum inchoari poſſet Præſcriptio nova. l. ſin. cit. Atque ex his colliges, nullam præſcriptionem (exceptâ forſan Statutariâ.) etiam longiſſimi temporis, interrumpi civiliter per ſolam citationem Judicalem ſpectato Jure Canonico, quod ad omnem Præſcriptionem inevitabiliter requirit bonam fidem. c. ſin. b. t. propter quam Præſcriptio longiſſimi temporis evadit partim favorabilis, & ſic æquiparatur Præſcriptioni longi temporis, ad quam interrumpendam non ſufficit ſola citatio, Judicialis etiam, ſed opus eſt litis conteſtatione. Inſuper ſecundum hucusque dicta, quod bene notari velim, intelligenda, vel ſi ſortè cum his combinari non poſſint, corrigenda ſunt, quæ in meo Canditato ad h. t. n. 93. tradidi. Denique obſervo cum Berlich. n. 48. quòd, ubi requiritur Præſcriptio amplioris temporis, quàm

ſint 40. anni, uti eſt Præſcriptio cœnæſaria, vel immemorialis, ad interrumpendam talem Præſcriptionem citationem (vel potius juſta inſerenda conteſtationem.) hæc fieri debeat ante primos 40. annos, & non poſtea poſt illos, niſi Actor litem ad hunc uſque perduxerit. propter text. in c. aditis 15. in med. v. quòdſi Abbas. Et ſi autem. x. de Præſcript. Modelſt. ſtor. illuſtr. quaſt. p. 4. q. 18. n. 1. & c.

Nunc facilis eſt reſponſio ad rationes in contrarium in ſpeciem adductum difficiles. Leges illæ ex Jure Civili deſumptæ, ſolummodo procedunt de Præſcriptione longiſſimi temporis merè odioſa, ſeu quæ in odium petere, & rem vel juſſum per qui negligentis introducta eſt, actio na fide caret, cujuſmodi Præſcriptio ſecundum ſacros Canones nulla eſt poteſt in praxi. Ubi verò Præſcriptio longiſſimi etiam temporis legitima eſt bona fide, ea jam ſit ex parte favorabilis ſecundum SS. Canones & æquiparatur Præſcriptioni longi temporis, quæ non interrumpitur per ſolam citationem abſque litis conteſtatione. Unde nunc quoque ratio adjecta, utpote, quæ falſo imponit, dari poſſe Præſcriptionem odioſam, nempe tam odio negligentia introductam, quàm ſimul bona fide deſtitutam. Auctores, qui communiter tenent, Præſcriptionem longiſſimi temporis interrumpi ſola citatione, itaque in Praxi obſervantur, ajunt, verum loquuntur ſecundum Jus Civile duntaxat, & de Præſcriptio

ptione merè odiosa, quæ præter odium negligentis etiam titulò caret & bona fide, qualis de Jure Civili esse potest Præscriptio longissimi temporis, non verò secundum Jus Canonicum: si verò suam doctrinam etiam vellent extendere ad Præscriptionem

longissimi temporis bona fide informatam, non posse eorum doctrinam procedere, alii DD. qui rem penitus considerârunt, ac nostra resolutionis fundamenta satis clarè ostendunt, atque etiam Lutherani Scriptores cum Berlichio agnoscunt.

## TITULUS XXVII.

### De Sententia & Re judicata.

#### DECISIO LXX.

De Sententia inter alios lata, & in qua exprimitur falsa causa.

#### SPECIES FACTI.

Hannibal & Alphonfus, duo fratres, tria millia florenorum mutua dederunt Civitati L. ad 20. annos cum pacto usurarum quincuncium, in Imperio Romano permissarum vi Statuti & Consuetudinis, nimirum 5. pro 100. In securitatem hujus crediti hypothecavit Civitas fundum satis quidem amplum, at simul satis sterilem, fertilitate quoque relicta fratribus uterendi fructibus hujus fundi, & quidem omnibus, quos proferet per industriam duorum fratrum ad meliorem culturam redactus. Pars utraque hoc contractu fuit optimè contenta per 12. annos, intra quos magno quidem labore, nec sine magnis sum-

ptibus, tam fertilem effecerunt fundum duo creditores, ut usuras quincunces collecti fructus non tantum adæquassent, sed etiam notabiliter superassent nisi sint Civitati, quæ proin hoc creditorum lucrum pro suo damno interpretata contra excessivas usuras, per pactum antichreticum de Jure prohibitum conventas, apud Judicem querelam deposuit, ac Alphonsum (nam Hannibal ejus frater militia causa absens fuerat) actione instituta rem egit pacti usurarii, sibi que fundum restitui postulavit. Judex post Replicam & Duplicam tulit sententiam contra Alphonsum, eumque condemnavit tanquam usurarium, Civitati verò